

# **ADNOTATIONES**

## **AD TRAGICORUM GRAECORUM FRAGMENTA**

scripsit

Robertus Enger.





**Q**uum mihi multis insque hand gratis laboribus occupato his temporibus ad scribendum neque otium neque animi tranquillitas suppeteret: quae olim quum perlegerem Augusti Nauckii egregiam Tragicorum Graecorum reliquiarum recensionem, obortae sunt observationes et emendationes, earum partem ut erant pridem chartis mandatae, ita fere paucis quibusdam additis hac scribendi occasione oblata hic repetere constitui. Probe vero scio admodum lubricum esse hunc locum et ut facillimum multa invenire nova, ita difficillimum proferre quod non tibi soli, sed etiam aliis probes. Minuitur confidentia, quod in hoc studiorum genere quum mea desideratur exercitatio, tum ab aliis praeclaram video esse operam positam, viris et doctrinae copia et ingenii acumine praestantissimis. Si igitur pauca quaedam satis probabiliter a nobis disputata reperiantur, reliqua iudicibus commendamus benevolis.

Euripidis Fragm. 61. Clemens Alex. Strom. VI p. 742 καὶ μὴν Εὐριπίδον μὲν  
εξ Ἀλεξανδρου

χρόνος δὲ δεῖξει σ'. φ τεκμηρίω μαθὼν  
ἡ χρηστὸν ὄντα γνώσομαι σ' ἡ κακόν.

Alteri versuī quum ad numerorum integritatem una syllaba deisset, Grotius corrigendum esse coniecit γνώσομαι σέγ' ἡ, Schneidewinus γνώσόμεσθά σ' ἡ, Nauckius manlit γνώσομαι σ' ἡτοι. Mihi probilius videtur positum esse a poeta

ἡ χρηστὸν ὄντα γνώσομαι σ' ἀνδρ' ἡ κακόν.

Ceterum quod a tragicis constat ante quintam senarii arsim vitari vocis hypermonosyllabae longam finalem, idem non valere de monosyllabae longa et ratio et

exempla docent. Hic ἄνδρε' vim monosyllabae vocis habet efficiturque elisione ut haec ἄνδρε' ἡ paua in qua posita est numeri perversitas sublata tamquam unum vocabulum pronuncientur.

Fragm. 68. Stob. Flor. S, 12 Εὐθυπίδου Ἀλκμαίωνος

ὅ φόβος, ὅταν τις σώματος μέλλῃ πέρι  
λέγειν καταστὰς εἰς ἀγῶν' ἐναντίον,  
τὸ τε στόμ' εἰς ἐκπληξιν ἀνθρώπων ἄγει  
τὸν νῦν τ' ἀπείρογει μὴ λέγειν ἢ βούλεται.  
τῷ μὲν γάρ ἔτι κινδυνος, ὁ δὲ ἀθῆνας μένει.  
ὅμως δ' ἀγῶνα τόνδε δεῖ μὲν πεκδαμεῖν,  
ψυχὴν γάρ ἀθλα τιθεμένην ἐμήν ὁρῶ. 5

Versu tertio ἀνθρώπων aperte corruptum est. Exspectaverim εἰς ἐκπληξιν ἀφασίαν τὸ ἄγει. Vers. 5 Grotius vertit: „ut quae (mens) periculum non subit par corpori“ et Wagnerus adnotat „τῷ μὲν sc. τῷ νῷ, ὁ δὲ sc. ὁ φόβος.“ Aperte alter est qui causam dicit, alter apud quem dicit. Recete vero Meinekius statuit locum ex Alcmaeonis oratione matris caedem defendantis desumptum videri. Ita τῷ μὲν ad Alcmaeonem, ὁ δὲ ad Phegeum referendum. Denique vers. 6 τοῦτο δεῖ μὲν πεκδαμεῖν cum Meinekio, vers. 7 κειμένην cum Dobraeo corrigendum videtur.

Fragm. 72. Anonymus in Anecd. Oxon. vol. 3 p. 194 δῆλοῖς καὶ τὸ αἷμα πολλάκις καὶ τὸν φόνον αὐτὸν. τοιοῦτον δέ τι δοκεῖ τῷ (leg. τοιοῦτόν τι δὲ κεῖται) παρ' Εὐθυπίδῃ ἐν τῷ διὰ Φωτίδος Ἀλκμαίωνι

αἷμα γάρ, φησί, σὸν μήτηρ ἀπενίψατο  
τοντέσσι καθάρσιι τοὺς τῆς μητροκοτονίας ἀπενίψατο μολυσμόν. Alemaeon Eriphylen matrem interfecit. Apollod. 3, 7, 5 Ἀλκμαίωνα δὲ μετῆλθεν ἐρινὺς τοῦ μητρόφου φόνου, καὶ μεμηνὼς πρῶτον μὲν εἰς Ἀρκαδίαν πρὸς Ὄικλέα παραγίνεται, ἐκεῖθεν δὲ εἰς Φωτίδα πρὸς Φῆγεα. καθαρθεὶς δὲ ὑπὸ ἀντοῦ Ἀρσινόην γαμεῖ τὴν τούτον θυγατέρα. Apparet in Euripidis loco a grammatico allato corrupta esse verba μήτηρ ἀπενίψατο, nam non mater ab aliquo sceleto liberata, sed Alemaeon a matricidio expiatus est. Sed ut ἀπενίψατο non ad matrem, ita ne ad Phegeum quidem, qui Alemaeonem lustravit, referendum est, sed ut media verbi forma docet, ad ipsum Alcmaeonem. Ita vero non solum μήτηρ, sed etiam σύν vitiosum et tale quiddam reponendum esset

ἄλλα αἷμα γάρ τοι μητρός ἐδεῖ ἀπενίψατο

quod parum veri simile est. Mihi certum videtur ipsius Alcmaeonis esse haec verba matrem invocantis: αἷμα γάρ σύν, μήτερ. Quod si verum est, ἀπενίψατο ferri nequit et

praeterea poetae verbis illud addendum quod in huius loci interpretatione a grammatico adiecta positum est, καθάρσει τινι. Scripserat Euripides

αἷμα γάρ σὸν, μᾶτερ, ἀπένιψ' ἄγει

et grammaticus ἀπένιψα μολυσμόν, quod in ἀπένιψατο μολυσμόν convertit librarius postquam ἀπένιψαγει in ἀπένιψατο abiit. Hesychius ἄγος ἀγνώσμα θνοίας. Numeri probi sunt neque praeterea quidquam mutandum, quamquam facile dochmiacus dimeter effici potest

αἷμα γάρ, ω μᾶτερ, σὸν ἀπένιψ' ἄγει.

Fragm. 139. Stob. Flor. 64, 7 Εὐριπίδον Ἀνδρομέδας

ἔρωτα δεινὸν ἔχομεν· ἐκ δὲ τῶν λόγων

ἔλοῦ τὰ βέλτισθ', ὡστ' ἀπιστον ἔστ' ἔρως

καν τῷ κακίστῳ τῶν φρενῶν οἰκεῖν φιλεῖ.

Extrema graviter sunt corrupta; reliqua si singulas orationis partes spectas, intellegi quidem possunt, sed quo sint sententiae vinculo coniuncta non appareat. Fritzschio quidem Andromedam hos versus pronunciasse statuenti optima videtur sententia ita loquentis: ingenti amore correpti sumus; verum e sermonibus meis optima quaeque tu elige: nam insidum est amor, pessimamque mentis partem incolere solet. Non probavit hoc aliis. Mihi sumptus hic locus videtur ex Cephei oratione, qua cum promissi Perseo dati poeniteat, filiae ut absistat ignoti hominis amore persuadere studet. Conicio igitur tale quiddam scriptum suis

ἔρω τὰ δειν' ὅσ' ἔχομεν, ἐκ δὲ λόγων λόγων

ἔλοῦ τὰ βέλτισθ', ὡστ' ἀπιστον ἔστ' ἔρως

καν τῷ κακίστῳ τῶν φρενῶν τ' οἰκεῖν φιλεῖ.

Ex eadem Cephei oratione petitum videtur fragm. 140 a Stobaeo Flor. 63, 22 servatum

ὅσαι γάρ εἰς ἔρωτα πίπιουσιν βροτῶν,

ἐσθλῶν ὅταν τύχωσι τῶν ἔρωμένων,

οὐκ ἔσθ' ὅποιας λείπεται τόδ' ἥδονῆς.

Quod Fritzschius putat Andromedam ita loqui potuisse, potuisse etiam Perseum, potuisse denique Chorum, de Choro concedo, Andromedae vero vel Persei personae minime est apta talis oratio, mirorque Welckerum Andromedae hos versus tribuere: Cepheus vero postquam dixit, insidum esse amorem corripique et malos amore et bonos, deinde filiae concedit summum esse gaudium a bono amari, idem vero miseri-

mam esse futuram docet, si in longinqua et peregrina terra habitantem deseruerit Perseus.

Fragm. 142. Stob. Flor. 77, 12 *Ἐνδριπίδον Ἀνδρομέδας*  
ἔγω δὲ παιδας οὐκ ἐῶ νόθονς λαβεῖν·  
τῶν γησίων γὰρ οὐδὲν ὄντες ἐνδεῖς  
νόμῳ νοσοῦσιν· ὃ σε φυλάξασθαι χρεών.

Nauckius „Sed quis, inquit, alterum prohibuerit quominus liberos per adoptionem asciscat? Necessario scribendum ἔγω δὲ παιδας οὐκ ἐῷ νόθονς λαβεῖν.“ Ex eodem Cephei et Andromedae colloquio hanc locum esse desumptum verba ὃ σε φυλάξασθαι χρεών docent. Ut igitur νόθονς ad Perseum, ita παιδας ad Andromedam videtur referendum. Quare suspicor

ἔμας δὲ παιδας οὐκ ἐῶ νόθονς λαβεῖν.

Fragm. 149. Stob. Flor. 105, 32 *Ἐνδριπίδον Ἀνδρομέδας*  
οὐκ ἔστιν ὅστις εὐτυχής ἔγν βροτῶν,  
οὐ μὴ τὸ θεῖον ὡς τὰ πολλὰ συνθέλει.

Porsonius φ' μὴ — συνθέλει coniecit. Apta vero sententia ita non evadit, aliamque requiri locus docet quo hi versus positi sunt a Stobaeo. Coniecerim  
οὐκ ἔστιν ὅστις κεύτυχής ἔγν βροτῶν,  
οὐ μὴ τὸ θεῖον ὡς τὰ πολλὰ τονθετεῖ.

Verba Persei sunt respondentis ad eius modi dictum quale est Cephei fragm. 148.  
ὦ τλῆμον, ὡς σοὶ τὰς τύχας μὲν ἀσθενεῖς  
ἔδωχ' ὁ δαιμων, μέγα φρονοῦσι δ' οἱ λόγοι.

Fragm. 154. Stob. Flor. 123, 4 *Ἐνδριπίδον Ἀνδρομέδας*  
τὸ ζῆν ἀφέντες τὸ κατὰ γῆν τιμῶσι σον.  
κενόν γ' ὅταν γὰρ ζῆ τις, εὐτυχεῖ, Κρέον.

Locum ex Antigona esse desumptum non recte statuit Fritzschius, neque enim aut prior versus dignus est Creontis persona, aut Antigonae alter. Vitae cupidam Antigonam non fecit is poeta, cuius artem aperint Iphigenia, Polyxena, Macaria aliae virgines generosae. De Alemaeone cogitavit Valckenarius, in eaque fabula talem sententiam locum habere potuisse certe negari non potest. Prioris versus et prima et extrema verba corrupta sunt. Nam τιμῶσι σον ineptum est, siquidem vivi sepulturae honore non afficiuntur, afficiuntur mortui. Deinde τὸ ζῆν ἀφέντες ii essent qui suam ipsorum vitam neglegunt vel abiciunt. Et τὸ ζῆν errore huc illatum esse

certum est, nam si iam Creon hoc verbo utitur, omnis vis verborum ὅταν γάρ οὗ τις  
infringitur. Conicio corrigendum esse

ψυχὴν ἀφέντος τὸ κατὰ γῆν τίσονσί σου.

Fragm. 162. Stob. Flor. 63, 4 Εὐφεμίδον Ἀντιγόνης

ἀνδρὸς δ' ὁρῶντος εἰς Κύπρου νεανίου  
ἀφύλακτος ἡ τήρησις, καὶ γάρ φαῦλος ἦ  
ταῦλλ', εἰς ἔρωτα πᾶς ἀνὴρ σοφώτερος·  
ἢν δ' ἀν προσῆται Κύπροις, ἥδιστον λαβεῖν.

Verba ἀφύλακτος ἡ τήρησις quum aperte vitiosa sint, conieci φύλακος κενὴ τήρησις,  
custodis vana est vigilantia. Multo tamen lenius Meinekius correxit ἀφύλακτος  
ἡ τήρησις, quamquam mira est haec dictio, poteratque usitatiore dicendi genere hic  
poni φύλακη στι δυσφύλακτος. Deinde σοφώτερος comparativus offensioni est, desperatus  
vero extremus versus. Meinekius proposuit ἢν δ' ἀν προσῆται κύπριν, quemcunque  
probaverit amorem, eius compotem fieri ipsi dulcissimum est. Hoc se  
non intelligere fatetur Seyffertus Musei Rhenani Vol. XV p. 619, quis enim cupiat  
eo amore potiri, quem non probaverit? At ἥδιστον non est maxime, imprimis  
cupit, sed dulcissimum est. Dulcis est Venus, ea vero dulcissima, qua quis non  
aliorum, ut parentum, sed suo arbitrio potitur. Haemoni, qui Antigonam amabat,  
aliam uxorem constituisse pater videtur. Concedendum tamen, non satis expeditam  
esse sententiam. Omnium minime vero probari potest Valckenarii commentum, quod  
Seyfferto placuit ἢν δ' οὐ προσῆται, si non admiserit, si aditum sui non prae-  
buerit amor, potiri eo suavissimum est. Nam quem Venus non admittit, is ea  
potiri non potest nisi coacta, quae παρέχει κακῶς, οὐ γάρ ἔνι τούτοις ἥδονὴ τοῖς πρὸς βιαν.  
Ego proposuerim violentiore sane mutatione κρύβθ' ἢν προσῆται. Hoc quum legeret  
librarius κρύβθην, addita quae deesse non poterat particula condicionali mutatum est  
in κρύβθην δ' ἀν προσῆται, deinde vero initio versus illud κρύβθ' expulsum. Totum lo-  
cum igitur ita constituerim:

ἀνδρὸς δ' ἔρωντος εἰς Κύπρου νεανίου  
ἀφύλακτος ἡ τήρησις· ἢν γάρ φαῦλος ἦ  
ταῦλλ', εἰς ἔρωτα πᾶς ἀνὴρ σοφός τις· ὡς  
κρύβθ' ἢν προσῆται, Κύπροις ἥδιστον λαβεῖν.

Fragm. 163. Stob. Flor. 93, 13 τοῦ αὐτοῦ Ἀντιγόνης

ἀνδρὸς φίλον δὲ χουσὸς ἀμαθίας μέτα  
ἀκρηστος, εἰ μὴ κάρετὴν ἔχων τύχοι.

Nauckius φίλον sanum non putat, recte sine dubio. Suspicor corrigendum esse  
ἀνδρος δ' ἀφειδοῦς χρυσός

Quum ἀφειδοῦς vocabuli ultima proximae litterae χ adhaereret, ἀφειδον librarius  
δε φίλον legit, metricus deinde φίλον δὲ correxit.

Fragm. 167. Stob. Flor. 87, 1 Εὐριπίδον Ἀντιγόνης

ἡ γὰρ δόκησις πατράσι παιδας εἰκένειαι  
τὰ πολλὰ ταύτῃ γίγνεται τέκνα πέρι.

Recte Nauckio qui vs. 2. τέκνων πέρι scripserunt, metro prospicientes neglexisse sententiam videntur. Illud dubito num recte non solum τέκνα sed etiam πέρι eiecerint et Nauckius et Meinekius. Nam τέκνα glossema est librarii qui quum invenisset παιδας εἰκένειαι, correxit τέκνη εἰκένειαι, qua glossa infra παιδας posita expulsum est vocabulum ante πέρι positum, fortasse τούτων. Priorem versum recte Creonti tribuit Nauckius; alter Haemonis esse non videtur, nam hic ipse num patris similis sit hic dubitat Creon.

Fragm. 172. Stob. Flor. 49, 5 Εὐριπίδον Ἀντιγόνης

οὗτ' εἰκὸς ἄρχειν οὗτ' ἔχοην εἶναι νόμον  
τύραννον εἶναι μωρία δὲ καὶ θέλειν  
ὅς τῶν ὄμοιών βούλεται κρατεῖν μόνος.

Vs. 1 εἶναι νόμον aut cum Bothio in ἄνευ νόμων aut cum Badhamo in ἄνευ νόμων convertendum. Praeterea vs. 2 inepta sunt verba μωρία δὲ καὶ θέλειν. Corrigendum videtur

οὗτ' εἰκὸς ἄρχειν οὗτ' ἔχοην ἄνευ νόμων  
τύραννον εἶναι μωρίαν δοκεῖ δ' ὄφελεῖν  
ὅς τῶν ὄμοιών βούλεται κρατεῖν μόνος.

Fragm. 193. Stob. Flor. 58, 1 Εὐριπίδον Ἀντιόπη

ὅστις δὲ πράσσει πολλὰ μὴ πράσσειν παρόν,  
μᾶρος, παρόν ζῆν ἡδεώς ἀπράγμονα.

Vitium in his verbis inesse et sententia docet et bis positum παρόν. Sine dubio illud παρόν prioris versus librarii errori debetur, cuius animo iam proximum παρόν ζῆν obversabatur. Corrigendum

ὅστις δὲ πράσσει πολλὰ μὴ πράσσων καλῶς  
μᾶρος, παρόν ζῆν ἡδεώς ἀπράγμονα.

Opposita sunt ut ὅστις πράσσει πολλά et οὗτος ἀπράγμονα, ita οὗτος ἡδέως et μὴ πράσσων καλῶς.

Fragm. 287. Stob. Flor. 97, 16 *Εὐριπίδου Βελλερόφοντος*

ἔγω τὸ μὲν δὴ πανταχοῦ θρυλούμενον  
κράτιστον εἶναι φῆμι μὴ φῦναι βροτῷ  
τρισσῶν δὲ μοιρῶν δηκρινῶ νικᾶν μίαν,  
πλούτον τε χώτῳ σπέρμα γενναῖον προσῆ  
πενίας τ' ἀριθμὸν γὰρ τοσόνδε προνθέμην. 5  
οὐ μὲν ζάπλουτος, εἰς γένος δ' οὐκ εἰτυχής,  
ἀλγεῖ μὲν ἀλγεῖ, παγκάλως δ' ἀλγύνεται  
ὅλβον διοτύγων θάλαμον ἥδιστον χερᾶ.

Vs. 7. duplii vitio laborat, quum geminationi ἀλγεῖ μὲν ἀλγεῖ nullus hic locus sit et ἀλγύνεται sententiam pervertat quae contrariam notionem requirit. ἀλγεῖ μὲν, ἄλγος δ' εἰκόλως ἀμύνεται temptavit Hermannus, ἀλγεῖ μὲν, ἄλγει παγκάλως δ' ἀμύνεται leniore mutatione Badham, denique ἀβρύνεται pro ἀμύνεται corrigendum esse coniecit Madwig. Mihi ab Euripide scriptum esse videtur

γένει μὲν ἀλγεῖ, παγκάλως δ' ὀγάλλεται  
et γένει μὲν ἀλγεῖ necessarium est propterea quod et qua re doleret et qua gauderet homo dives sed obscurus hic exponendum erat. Eodem modo infra de homine generoso sed egeno dicitur

ὅστις δὲ γαῦρον σπέρμα γενναῖόν τ' ἔχων  
βίον σπανίζει, τῷ γένει μὲν εἰτυχεῖ,  
πενίᾳ δ' ἐλάσσων ἔστιν, ἐν δ' ἀλγύνεται  
φρονῶν, ὑπ' αἰδοῦς δ' ἔργ' ἀπωθεῖται χερῶν.

Fragm. 288. Justinus Mart. vol. I. p. 130 locum ex Euripidis Bellerophonte affert, quo deos esse negatur, tyrannos enim iniustos piis hominibus beatiores esse, parvas civitates pie deos colentes ab impiis sed validioribus vi oppressas teneri Deinde pergit

οἷμαι δ' ἀν ὑμᾶς, εἴ τις ἀργός ὢν Θεοῖς  
εὑχούτο καὶ μὴ χειρὶ συλλέγοι βίον,  
τὰ θεῖα πνηγοῦσιν αἱ κακαὶ τε συμφοραί.

Extremum versum ita corrigit Seyffertus

τὰ θεῖα πνηγοῦν οὐ, κακαὶ δὲ συμφοραί,  
sententiam enim esse: „wenn jemand von euch reich und mächtig würde durch blosses Gebet zu den Göttern und nicht durch seiner Hände Arbeit, so würde ich

das nicht göttliche Fügung nennen, sondern ein schlechtes Ungefaehr.“ Hac interpretatione, quam ne admittunt quidem illa verba, ab huius loci sententia mihi aberrasse videtur, quae sine dubio haec est: „Et vestrum si quis egenus a diis auxilium precetur neque ipse sibi suo labore victum quaerat, eum dii vix erexerint inopia vexatum.“ Poterat conicere τὰ θεῖα πνηγοῦν οὐ, κακοῦν δὲ συμφοράν. Propius tamen ad librorum scripturam accedit hoc

τὰ θεῖα πνηγοῦν, εἰ κακοῖσθε συμφορᾶ.

πνηγοῦντι abiit in πνηγοῦσιν, cuius loco quum πνηγῶσαι hic requiri intellegeret librarius, ut supra scripsit, deinde vero ut κακοὶ οὐθε συμφορᾶ imperitus homo legit ut κακαὶ τε συμφορᾶ. Fortasse tamen praeferas τὰ θεῖα πνηγοῦν σφ', εἰ κακοῖτο συμφορᾶ. Ceterum ironica haec oratio huic loco optime convenit.

Fragm. 32S. Stob. Flor. 91, 23 et 92, 6 Εὐριπίδου Δανάης

ἄρ' οἰσθ' ὁ θούγαρχ' οἵ μὲν εὐγενεῖς βροτῶν  
πένητες ὄντες οὐδὲν ἀλφάνοντος' ἔτι,  
οἵ δ' οὐδὲν ἡσαν πρόσθεν, ὅλβιοι δὲ νῦν,  
δόξαν φέρονται τοῦ νομίσματος χάριν,  
καὶ συμπλέκοντες σπέρμα καὶ γάμους τέκνων;

Ultimo versu συμπλέκονται, ut altero loco cod. A. praebet, aperta est librarii correctio, mirumque afferri hoc Medii exemplum in novis editionibus et Thesauri et lexici Passovii. Tamen recto iudicio usus corrigendum esse locum censuit librarius. Nam quoquo modo acceperis illud *zai*, non recte positum esse reperies. Ad proximum *zai* referri vetat collocatio, ad superiora τοῦ νομίσματος χάριν sententiae ratio. Nam non duo illa, pecunia et connubia, dignitatem gignunt, sed propter pecuniam ut dignitate ita connubii utuntur divites. Denique ad δόξαν φέρονται si referimus καὶ συμπλέκοντες, ut *zai* etiam significet, incondita existit oratio dicendumque erat καὶ συμπλέκοντοι σπέρμα. Qualem sententiam in Erechthei loco a Stobaeo Flor. 3, 18 servato vss. 14, 15 (fragm. 364) idem usurpat Euripides

ἔχειν δὲ πειρῶ τοῦτο γὰρ τὸ τ' εὐγενές  
καὶ τοὺς γάμους δίδωσι τοὺς πρώτους ἔχειν.

Accedit quod συμπλέκειν σπέρμα non solum divitum est, sed etiam pauperum, desideraturque ea notio quam non omisit in Erechthei loco poeta quum dicit τοὺς γάμους τοὺς πρώτους. Videtur Euripides scripsisse

δόξαν φέρονται τοῦ νομίσματος χάριν  
εὐ συμπλέκοντοι σπέρμα καὶ γάμους τέκνων;

Fragm. 376. Stob. Flor. 62, 23 *Εὐριπίδον Εὔρυσθέως*  
πιστὸν μὲν οὖν εἶναι χρὴ τὸν διάκονον  
τοιοῦτον εἶναι καὶ στέγειν τὰ δεσποτῶν.

Alter versus si integer est servatus, nulla vero adest vitii suspicio, τοιοῦτον εἶναι praedicatum est: ministrum decet talem esse, ita agere. Sequitur πιστὸν non praedicati sed attributi loco positum esse, vitiosum igitur articulum τόν ferri non posse. Denique εἶναι librarii errore natum est et ante χρὴ brevis syllaba desideratur. Corrigo

πιστὸν μὲν οὖν εἴνοντα τε χρὴ διάκονον  
τοιοῦτον εἶναι καὶ στέγειν τὰ δεσποτῶν.

Fragm. 414. Stob. Flor. 85, 2 *Εὐριπίδον Ἰνοῖς*  
τοιάνδε χρὴ γνωμὴ πρόσπολον έστι  
ἥτις τὸ μὲν δίκαιον οὐ σιγήσεται,  
τὰ δ' αἰσχρὰ μαστὶ καὶ κατ' ὄφθαλμοὺς ἔχει.

Primus versus quomodo corrigendus sit incertum est. Tertio vero κατ' ὄφθαλμοὺς ἔρει recte restituit Dobraeus. Confirmatur hoc fragmto 416, ubi de eadem Inone, quae Themistoni tamquam captiva miseranda et pannis vestita traditur, haec Themisto dicit

ἔμοι γάρ εἴη πιωχός, εἰ δὲ βούλεται  
πιωχοῦ κακίου, δοτις οὐ εἴνοντος ἔμοι  
φόβον παρελθὼν τάπο καρδίας ἔρει.

Ita vero secundo versu verba τὸ μὲν δίκαιον οὐ σιγήσεται, quorum sententiam equidem non perspicio, eo minus possunt ferri, diceret enim ἥτις τὸ μὲν δίκαιον ἔρει, τὰ δ' αἰσχρὰ ἔρει. Corrigendum videtur εἰν σιγήσεται. Taciturnitate enim imprimis opus erat.

Ita eadem Themisto fragm. 415 monet

ἴστω δὲ μηδεὶς ταῦθ' ἀ σιγᾶσθαι χρεών.  
μικροῦ γάρ ἐξ λαμπτῆρος Ἰδαῖον λέπας  
πρήστειν ἄν τις, καὶ πρὸς ἄνδρα εἰπών ἔνα  
πύθοιντι ἄν αὐτοὶ πάντες ἀ κρύπτειν χρεών

ubi corrigendum ἀ στέγειν χρεών. Huius glossa est κρύπτειν, veluti Soph. Philoct vs. 136. scholiasta explicat στέγειν κρίπτειν, Trach. 596 στεγοίμεθα κρυπτοίμεθα. In ipsa respondet fragm. 417

ἐπίσταμαι δὲ πάνθ' ὅσ' εὐγενῆ χρεών,  
σιγαν θ' ὅπον δεῖ καὶ λέγειν οὐ' ἀσφαλές,  
όραν θ' ἀ δεῖ με κούχ δρᾶν ἀ μὴ πρέπει.

Fragm. 495. Athen. XIV. p. 613 d καὶ Εὐριπίδης δ' ἐν τῇ δεσμώτιδι Μελανίππῃ ἔφη  
ἀνδρῶν δὲ πολλοὶ τοῦ γέλωτος οὔνεκα  
ἀσκοῦσι χάριτας κερδόμονς· ἐγὼ δέ πως  
μισῶ γελοίους, οἵτινες τήτει σοφῶν  
ἀχάλιν' ἔχουσι στόματα· κεῖται ἀνδρῶν μὲν οὐ  
τελοῦσιν ἀριθμόν, ἐν γέλωτι δ' ἐκπρεπεῖς  
οἰκοῦσιν οἴκους καὶ τὰ νανστολούμενα  
ἔσω δόμων σώζονται.

Exhibui haec ita ut Meinekius corredit, qui vs. 3 praclare τῆτει restituit pro eo  
quod in libris est τι εἴ τι. Praeterea vero nescio an σοφῶν non recte hic positum sit,  
cuius loco exspectaverim τροφῶν.

Fragm. 504. Stob. Flor. 70, 4 τοῦ αὐτοῦ Μελανίππη  
ὅσοι γαμοῦσι δ' ἡ γένει κρείσσονς γάμους  
ἡ πολλὰ χρήματ', οὐκ ἐπίστανται γαμεῖν  
τὰ τῆς γυναικὸς γάρ κρατοῦνταν· ἐν δώμασι  
δουλοῖ τὸν ἄνδρα, κούκετ' ἔστιν θερος.  
πλοῦτος δ' ἐπακτός ἐν γυναικείων γάμων  
ἀνόνητος· αἱ γάρ διαλύσσεις οὐ δάδαι.

Ut extremis duobus versibus docetur cur divitem ducere uxorem stultum sit, ita  
mediis duobus causa contineatur necesse est, generosior cur non sit ducenda. At in  
verbis τὰ τῆς γυναικὸς κρατοῦντα nulla generis notio inest, potior enim mulier non solum  
generis nobilitate sed etiam divitiis esse potest. Quum libri praebeant ἐν τοῖς δώμασι,  
quae est explicatio scholiastae, conicere possis κρατοῦντα δώμασι, hoc ut sit κρατοῦντα  
τῷ γένει. Probabilius tamen est Euripidem scripsisse  
τὰ τῆς γυναικὸς γάρ κρατοῦντα δώματα.

Fragm. 508. Stob. Ecl. 1, 3, 14 p. 108 Εὐριπίδης Μελανίππη  
δοκεῖτε πηδᾶν τὰδικήματ' εἰς θεοὺς  
πτεροῦσι, κακεῖτ' ἐν Λιὸς δέλτον πτυχαῖς  
γράφειν τιν' αὐτά, Ζῆνα δ' εἰσορῶντά τιν  
θητοῖς δικάξειν; οὐδ' ὁ πᾶς ἀν οὐρανὸς  
Λιὸς γράφοντος τὰς βροτῶν ἀμαρτίας  
ἔξαρκέσειν οὐδ' ἐκεῖνος ἀν σκοπῶν  
πέμπειν ἐκάστῳ ζημίαν· ἀλλ' ἡ Λικη  
ἐνταῦθα ποὺστιν ἐγγύς, εἰ βούλεσθ' ὅρᾶν.

Ex vulgi opinione quam hic impugnat Menalippa, hominum scelera a deorum aliquo credebantur in Iovis tabulis inscribi, Iuppiter vero illas tabulas evolvens poenas constituere. Contra in huius opinionis refutatione Iuppiter ipse dicitur γράφων. Negari quidem non potest qui quid scribendum curet, eum ipsum recte dici illud ἀπογάφεσθαι vel γράψειν. Hic vero duae illae res diversae quam maxime distinentur et ut priore loco, ita altero bipartita instituitur distributio. Nam verbis δοκεῖτε ἐν Αἰώνιοις δέλταις πινγαῖς γράφειν τινα opponuntur οὐδὲ πᾶς ἀν οὐρανὸς Αἰώνιος γράφοντος δξαρχέσεις et verbis Ζῆνα εἰσορῶντα δικάζειν haec οὐδὲ ἐκεῖνος ἀν σκοπῶν πέμπειν ζημίαν. Illa igitur recte dicta esse mihi persuadere non possum corrigendumque existimo

οὐδὲ πᾶς ἀν οὐρανὸς

Αἰώνιος γράφοντι τὰς βροτῶν ἀμαρτίας  
δξαρχέσειν

Ita iusta existit oppositio apteque Αἰώνιοις δέλταις respondet οὐ πᾶς οὐρανὸς Αἰώνιος „etiamsi qui scribit pro tabulis toto Iovis coelo uteretur.“

Fragm. 517. Erotianus Gloss. Hippocr. p. 62 ἀλάστορες Βακχεῖος μὲν ἐν πρώτῳ φρονεῖς φησίν, ἐκ τῆς Εὐριπίδου Μελανίππης λέγοντος  
ἴσως ἀλάστορας οὐκ ἐτόλμησε κτανεῖν.

Hic ίσως recte suspectum dicit Nauckius, ἀλάστορας vero numeros pervertit. Elmsleii emendationem ἀλάστορ' recte improbavit Welckerus, singularis enim numerus et Erotiani verbis et fabulae argumento repugnat. Nam Boeotus et Aeolus, quos Theano Metaponto coniugi supposuerat, Theanus filios quos deinde ex Metaponto peperit, interfecerant. Theano igitur hic Metaponto exprobat quod non ultus sit filiorum suorum interfectores. Corrigendum igitur

δισσῶ δ' ἀλάστορ' οὐκ ἐτόλμησε κτανεῖν.

Litterae δ' et σ· quum vix discerni possint, hic post λέγοντος facile δ' poterat omitti.

Fragm. 530. Orion Flor. 7, 1 p. 50, 29 ἐκ Μελεάγρου Εὐριπίδου  
τό τοι κράτιστον, καν γνη κράτιστον ἦ,  
τοῦτ' ξστιν ἀρετή· τὸ δ' ὄνομα οὐ διαφέρει.

Hic τό τοι et κράτιστον ἦ Schneidewinus restituit quum in codice scriptum esset τό τοι et κράτι.. ἥ. Poetae verba non esse restituta monet Nauckius. Non magis enim haec intellegi possunt quam Wagneri latina interpretatio: potentissimum pro-

fecto, etiam si mulier potentissimum sit, virtus est: nomen vero nihil  
refert. Dicendum potius erat ἡ ἀρετὴ, καν γυναικὸς ἦ, κράτιστὸν εστιν. Correxerim

τό τοι κράτιστον, καν γυνὴ κράτιστον ἦ,  
ἀνὴρ στιν ἀρετὴ, τό τ' ὄνομα οὐ διαφέρει.

Euripides διαφέρειν verbo saepius ita utitur, ut fragm. 515

δοῦλον γὰρ ἐσθλὸν τοῦτον οὐ διαφέρει,  
πολλοὶ δὲ ἀμείνοντες εἰσὶ τῶν ἐλευθέρων.

Nunc demum video etiam Meinekium διαφέρει coniecissem qui „sed vereor, inquit, ne vitium in διαφέρει lateat, pro quo vide ne διαφέρει scribendum sit, de quo tum demum iudicari poterit, si priora emendata fuerint.“

Fragm. 531. Stob. Flor. S7, 5 Εὐριπίδον Μελεάγρῳ

μόνον δὲ ἀντὶ χρημάτων οὐκ ἀν λάβοις  
γενναιότητα καὶ ἀρετὴν· καλὸς δέ τις  
καν ἐκ πονηρῶν σωμάτων γένοιτο παῖς.

Jacobsius emendationem suam μόνον δὲ ἀντὶ χρημάτων omnibus probavit, videturque hic locus ita accipi τοῦτο μόνον οὐκ ἀν λάβοις ἀντὶ χρημάτων, ἢγον γενναιότητα καὶ ἀρετὴν, duo sunt parari merce quae nulla queunt, ut Grotius vertit. Ita vero non perspicio quo sententiae vinculo illud adiciatur, etiam ex inhonesta matre procreari bonos liberos. Verba sunt Althaeae, quae quum Meleager Atalantae amore deperiret, hunc amorem improbabat divitemque ut duceret uxorem suadebat. Res est certa, non solum Apollodori testimonio comprobata, Μελεάγρος — βούλόμενος δὲ καὶ ἐξ Ἀταλάντης τεκνοποιήσασθαι, sed etiam iis qui nobis ex hac fabula servati sunt locis. Ita quum Meleager se ex generosa et fortí virgine liberos suscipere velle generosos ostendisset, mater vero divitias extulisset, ille respondit fragm. 522

καὶ κτῆμα δ', ὃ τεκοῦσα, κάλλιστον τόδε,  
πλούτον δὲ κρείσσον· τοῦ μὲν ὀκεᾶ πτέρυξ,  
παῖδες δὲ χρηστοί, καν θάνωσι, δώμασιν  
καλόν τι θησαύρισμα τοῖς τεκοῦσι τε  
ἀνάθημα βιότον κοῦποτ' ἐκλείπει δίμους.

Ex eodem colloquio desumptus est is quem supra exhibui locus, qui nescio an ita constituendus sit

μονούμεν' αὐτὰ χρημάτων οὐκ ἀν λάβοις.  
γενναιότητα καὶ ἀρετὴν· καλὸς δέ τις  
καν ἐκ πονηρῶν σωμάτων γένοιτο παῖς.

„Noli vero, inquit, uxorem ducere quae solas illas virtutes, nullas vero divitias habeat. Nam divitiae necessariae sunt, liberos vero generosos quos expetis etiam ex in honesta uxore procreaveris.“ Eadem sententia possis conicere μόνον δ' ἄνευ γε χρημάτων, modo sine divitiis. Illud tamen probabilius videtur. Ad haec respondet Meleager fragm. 524

ἡγησάμην οὖν, εἰ παραξεύξει τις  
χρηστῷ πονηρὸν λέκτρον, οὐκ ἀν εὔτεκνεῖν,  
ἔσθλοιν δ' ἀπ' ἀμφοῖν ἔσθλον ἀν φῦναι γόνον.

Fragm. 537. Stob. Flor. 119, 9 *Εὐριπίδου Μελεάγρῳ*

τερπνὸν τὸ φῶς μοι τόδ', ὑπὸ γῆν δ' Ἀιδου σκότος  
οὐδ' εἰς ὄντειρον οὐδ' εἰς ἀνθρώπους μολεῖν.  
ἔγω μὲν οὖν γεγῶσα τηλικήδ' ὅμως  
ἀπέπτυσ' αὐτὸς κούποτ' εὔχομαι θανεῖν.

Emendationes huius loci propositas esse plurimas illas quidem, sed parum probabiles recte Nauckius dicit. Ipse certa sibi videtur emendatione hanc alterius versus scripturam revocare

οὐδ' εἰς ὄντειρον ἡδὺς ἀνθρώποις μολεῖν.

Certam hanc emendationem non dixerim propterea quod verba οὐδ' εἰς ὄντειρον aptam sententiam praebere mihi non videntur. Augere igitur audeo conjecturarum copiam propositarum meo quoque commento hoc

τερπνὸν τὸ φῶς τόδ', ὑπὸ δὲ γῆς Ἀιδου σκότος,  
οἱ ἕτεροι, ὄντειρον οὐδέν, ἀνθρώπος μολεῖν.

Hic οὐδέν ἀνθρώπος a librario stolido, qui neque sententiae neque metri rationem haberet, mutatum est in οὐδεὶς ἀνθρώπος, deinde vero vitium οὐδ' εἰς ὄντειρον procreavit alterum οὐδ' εἰς ἀνθρώπους. In simili Euripidis loco Iphig. Aul. vs. 1250

τὸ φῶς τόδ' ἀνθρώποισιν ἡδιστον βλέπειν·  
τὸ νέρθεν οὐδέν μαίνεται δ' ὃς εὔχεται  
θανεῖν· κακῶς ζῆν κρεῖσσον η καλῶς θανεῖν

Euripidis libri vitiōse οὐδεὶς praebent, οὐδέν correctum ex Stobaeo. Ceterum quod Althaea dicit ἀπέπτυσ' αὐτό, id iam facilius ad τὸ μολεῖν referri potest.

Fragm. 538. Etym. M. p. 803, 45 φῶ ἀντὶ τοῦ φωτί, σὺν τῷ I. Εὐριπίδης εν Μελεάγρῳ

τὸ μὲν γὰρ ἐν φῷ, τὸ δὲ κατὰ σκότος κακόν.

Valckenarius τὸ δὲ κάτω correxit, Nauckius τὸ δὲ κατάσκοπον suspicatur, quia σκόπος tragicis fere ubique masculinum sit. Recte, sed hoc loco construendum τὸ δὲ κακὸν κάτω, ἥγονν δὲ σκόπος. Althaea Meleagro interempto vitam ferre non amplius potest, idque est eius malum in luce; mortis vero tenebras timet, idque alterum est malum, ut neque in vita neque in morte effugere malum possit.

Fragm. 547. Stob. Flor. 67, 1 *Ἐνδιπάδον Οἰδίποδη*

μεγάλη τυραννίς ἀνδρὶ τέκνα καὶ γυνή  
ἴσην γὰρ ἀνδρὶ συμφορὰν εἶναι λέγω  
τέκνων θ' ἀμαρτεῖν καὶ πότρας καὶ χορημάτων  
ἀλόχον τε καθνῆς, ὡς μόνων τῶν χορημάτων  
ἢ κρεῖσσον ἔστιν ἀνδρὶ, σώφρον' ἢν λάβῃ.

Versu primo τυραννίς vocabulum ineptum esse primus, ni fallor, vedit Meinekius, qui τύχη τις suspicatur, bene ad sententiam, sed violentiore mutatione. Quum φανεὶς et φανταὶ similes repreäsentent litterarum ductus, coniecerim μεγάλη χαρά τις. Sed etiam aliud grave vitium in hoc versu inest, quod non animadvertisse interpretes miror. Quod enim incundissimum esse homini dicit liberos et uxorem, id in proximis ita probat, ut parem homini calamitatem esse dicat, si ex una parte liberos patriam opes, et si ex altera uxorem bene moratam amittat. Quod ineptum esse apparet, liberi enim eodem modo patriae et opibus erant opponendi quo uxor est opposita. Sine dubio Euripides λέπτων non τέκνα posuit. Et turbatum hic aliquid esse inde cognoscitur, quod in Menandi monost. 363, ubi hic versus legitur, τελοῦσα pro τέκνα scriptum est. Videtur librarius, qui scripturam invenit ita correctam, ut supra τέκνα positae essent litterae λ τρα, id τελτωσα legisse indeque τελοῦσα effecisse. Versu quarto τῶν χορημάτων errore librarii positum est recteque τῶν κτημάτων correxit Hermannus. Denique extremus versus et corruptus et parum apte hic positus est, ut de lacuna iam Welckerus cogitarit et Meinekio complures versus excidisse videantur, in quibus neque divitiis neque patriae gloria veram hominis felicitatem parari dictum esset. Sed remotis duobus erroribus apta sententia restitui potest. Optime iam Dobraeus correxit γυνή ἔστι κρεῖσσον. Saepe enim versuum initia mutilata sunt, quumque hic γυνη excidisset, η ἔστι κρεῖσσον metri causa in η κρεῖσσον ἔστι mutatum est. Totus igitur locus in hunc modum videtur corrigendus esse.

πεγάλη χαρά τις ἀνδρὶ λέπτοις καὶ τύχῃ  
ἴσην γὰρ ἀνδρὶ συμφορὰν εἶναι λέγω  
τέκνων θ' ἀμαρτεῖν καὶ πάτρας καὶ χρημάτων  
ἀλόχον τε κεδῆγες· ὡς ὅλων τῶν κτημάτων  
γνήσιες εστι χρεῖσσον ἀνδρὶ, σώφρον' ἦν λάβη.

Fragm. 554. Stob. Flor. 111, 5 τοῦ αὐτοῦ Οἰδίπονος  
ἐκ τῶν ἀελπιῶν ἡ χάρις μεῖζων βροτοῖς  
φανεῖσα μᾶλλον ἡ τὸ προσδοκώμενον.

Seyffertus sine dubio φανεῖσα corruptum esse dicit. Mihi secus videtur. Nam  
ἡ ἐκ τῶν ἀελπιῶν βροτοῖς φανεῖσα χάρις apte hic dictum est, contra μεῖζων, quod cum  
proximo μᾶλλον consociari nequit, facile ab librario ad sententiae integritatem addi  
potuit. Locī emendatio incerta est, facile tamen corruptela explicari possit, si ita  
statuas Euripidem scripsisse

ἡ' κ τῶν ἀελπιῶν εὔχαρις χάρις βροτοῖς  
φανεῖσα μᾶλλον ἡ τὸ προσδοκώμενον.

Fragm. 608. Stob. Flor. 49, 7 Εὑριπίδον Πελιάδων  
τὸ δ' ἔσχατον δὴ τοῦτο Θαυμαστὸν βροτοῖς  
τυραννίς, οὐχ εὖροις ἀν ἀθλιώτερον.  
φίλονς τε πορθεῖν καὶ κατακτανεῖν χρεῶν,  
πλεῖστος φόβος πρόσεσπι μὴ δράσωσί τι.

Haec fortasse gravius corrupta sunt quam ut probabili coniectura sanari possint;  
verborum structura ita restitui possit:

τὸ δ' ἔσχατον δὴ τοῦτο Θαυμαστὸν βροτοῖς,  
τυραννίς, εὖροις δ' οὐκ ἀν ἀθλιώτερον.  
φίλονς τε πορθεῖν καὶ κατακτανεῖν χρεῶν ἀφ' ὧν  
πλεῖστος φόβος πρόσεσπι μὴ δράσωσί τι

Fragm. 620. Stob. Flor. 90, 7 Εὑριπίδον Πηλεῖ  
οὐκ ἔστιν ἀνθρώποιστι τοιοῦτος σκότος,  
οὐ χῶμα γαίας κληστόν, ἔνθα τὴν φύσιν  
ὅ δυνγενῆς κρύψας ἀν εἴη σοφός.

Altero versu χῶμα pro δῶμα restituit Meinekius. Idem tertio conicit ὁ δυνγενῆς  
κρύψειε καν τις ἢ σοφός. Fortasse tamen, si σοφός ea significatione accipimus qua σοφός  
καὶ καλός dicitur, vulgatae scripturae sententia bona est, ut tantum versus integritas  
restituenda sit, quod hoc modo fieri possit

ὁ δυνγενῆς κρύψας ἀν ὄφθειν σοφός.

Fragm. 739. Stob. Flor. 88, 2 τοῦ αὐτοῦ Τημενίσι

φεῦ φεῦ, τὸ φῦναι πατρὸς εὐγενοῦς ἀπο  
δσην ἔχει φρόνησιν ἀξιωμά τε.  
καν γὰρ πένης ὥν τυγχάνῃ, κρηστοῦ γεγενό<sup>ς</sup>  
τιμὴν ἔχει τιν', ἀναμετρούμενος δέ πως  
τὸ τοῦ πατρὸς γενναῖον ὠφελεῖ τρόπῳ.

Extrema sunt corrupta. Conicio τὸ τοῦ πατρὸς γενναῖον οὐ φθερεῖ τρόπῳ. Ita fortasse defendi possit quod altero versu positum est φρόνησιν ἀξιωμά τε, quod eleganti coniectura Meinekius in δόξησιν ἀξιώματος mutandum esse suspicatur. Nam ut τιμὴν ἔχει ad ἀξιωμα, ita τὸ τοῦ πατρὸς γενναῖον οὐ φθερεῖ τρόπῳ ad φρόνησιν referendum est.

Fragm. 794. Aristot. Rhet. ad Alex. c. 19 p. 1433 b 12 κέχοηται δὲ καὶ Εὐδοκί-  
δης ἐν Φιλοκτήτῃ τεχνικῶς τούτῳ τῷ εἶδει διὰ τοῦτο

λέξω δ' ἄγω, καν μου διαφθείρας δοκῆ  
λόγους ὑποστάτας αὐτὸς ἡδιηκέναι·  
ἄλλ' εξ ἐμοῦ γὰρ τάμα μαθήσῃ κλίων,  
ο δ' αὐτὸς αὐτὸν ἐμφανιεῖ σοι λέγων.

Haec sententiam si spectas, recte sunt dicta excepto uno εμφανιεῖ futuro, quod hic ineptum est. Numeri vero non una ratione restitui possunt. Disputavit de hoc loco H. Saupius Philol. XV. p. 635, qui bene de sententia exposuit, quod vero corrigendum censem versu tertio τάμα μὲν μάθῃς, quarto εμφανιζει σοι, id probari non potest. Ego coniecerim

ἄλλ' εξ ἐμοῦ γὰρ τάμ' ἀν ἐκμάθοις κλίων,  
ο δ' αὐτὸς αὐτὸν νοῦν ἀν ἐκφαίνοι λέγων.

Accedo ad Sophoclis tragedias.

Fragm. 101. Stob. Flor. 88, 11. Σοφοκλῆς Ἀλείη

ἄλλ' εἴπερ εἰ γενναῖος, ως αὐτὸς λέγεις,  
σήμαντ' ὅτου τ' εἰ χάποθεν· τὸ γὰρ καλῶς  
περινός οὐδεὶς ἀν μιάνειν λόγος.

Hic οὐδεὶς λόγος minus apte dictum est, nullus enim aliis λόγος nisi de genere intellegi potest. Corrigendum igitur οὐδεὶς ἀν μιάνειν λόγῳ.

Fragm. 103. Stob. Flor. 105, 42 Σοφοκλέους Ἀλείης

τις δή ποτ' ὅλβον ἢ μέγαν θείη βροτῶν  
ἢ σμικρὸν ἢ τὸν μηδαμοῦ τιμώμενον;  
οὐ γάρ ποτ' αὐτῶν οὐδὲν ἐν ταύτῳ μένει.

Altero versu ἥτοι pro ἡ τὸν Heathius correxit, quod Nauckius probat. Sed restant aliae difficultates. Nam si neque magni, neque parvi, neque nihil aestimare felicitatem iubemur, quanti tandem erit aestimanda? Deinde quod tertio versu positum est αὐτῶν οὐδέν, id non solam prioribus versibus commemoratam esse felicitatem docet. Evidenter requiro eiusmodi sententiam, non magnum esse habendum qui beatus, non parvum qui egenus sit, divitias enim commutari, ex commutabilibus autem rebus non debere de hominis dignitate iudicari. Coniecerim igitur ita hunc locum esse scribendum

τί δή ποτ' ὅλβος ἀν μέγαν θείη βροτὸν,  
ἢ σμικρὸν αὖ τὸ μηδαμοῦ τιμώμενον;  
οὐ γάρ ποτ' αὐτῶν οὐδέν ἐν ταῦτῷ μένει.

Ita de hoc loco iudicaram quum Stobaei a Meinekio paeclare editi volumen quartum nondum in manus meas pervenisset. Meinekius igitur haec habet: „scribendum τις ἄν — θείη, quae voculae facilissime permutantur (*AH* et *AN*). neque magnam, neque exiguum, neque nullam fortunam in ullo numero habendam esse dicit Sophocles; θεῖαι enim est numerare, in rationes referre.“ Sed ni fallor, etiam sic ἡ τὸ μηδαμοῦ τιμώμενον necessarium esset.

Fragm. 122. Hesych. 2 p. 526 ed. M. Schmidt: κούρειον · Σοφοκλῆς Ἀνδρομέδα  
ἡμιοντὸν κόριον ἥρεθη πόλει·  
νόμος γάρ ἔστι τοῖς βαρβάροις Θυηπολεῖν  
βρότειον ἀρχῆθεν γέρος τῷ Κρόνῳ.

Quid in ἡμιοντὸν lateat vix dicas. Fortasse non poetae verba ita corrupta sunt, sed glossae huc est translata pars κούρειον ἢ μεῖον τὸ ιερεῖον. Deinde γέρος esse γέρας Buttmannus vidit, ut ita hi versus sint restituendi:

(ἡ παρθένος) κούρειον ἥρεθη πόλει·  
νόμος γάρ ἔστι βαρβάροις Θυηπολεῖν  
βρότειον αἴμα', ἀρχῆθεν ὃν γέρας Κρόνῳ.

Fragm. 154. Stob. Flor. 64, 13 Σοφοκλέους ἐν Ἀχιλλέως ἐρασταῖς. Corruptus hic locus longiorem postulat disputationem et ab hoc loco alienam. De primo versu paucis absolvam, qui ita scriptus exhibetur

ἔρωτος γάρ νόσημα τοῦτ' ἐφήμερον κακόν.

Priorem versus partem recte restituit Dobraeus: τὸ γάρ νόσημα τοῦτ'. Sed ἐφήμερον neque in ἐφήμερον neque cum Nauckio in ἀνήμερον mutandum, sed corrigendum:

τὸ γάρ νόσημα τοῦτ' ἐφεν μᾶρον κακόν.

*νόσημα dicit μῶρον Euripides in Antigona fragm. 166*

*τὸ μῶρον αὐτῇ τοῦ πατρὸς νόσημα' ἔνι  
φιλεῖ γὰρ οὖτως ἐκ κακῶν εἶναι κακούς.*

**Fragm. 227.** *Orion Flor. 5, 10 ἐκ τοῦ ἀ Θυέστον*  
*σοφὸς γὰρ οὐδεὶς πλὴν ὁν ἀν τιμᾶ θεός.*  
*ἄλλ' εἰς θεοὺς ὁρῶντας, καν δὲ δίκης*  
*χωρεῖν κελεύῃ, κεῖσ' ὁδοιπορεῖν χρεών.*  
*αἰσχρὸν γὰρ οὐδὲν ὅν ὑφηγοῦνται θεοί.*

Primo versu quamquam recte dici potest ὁν ἀν τιμᾶ θεός, hic tamen nisi proxima separanda ab hoc versu cum Meinekio statuimus, necessaria est emendatio Philologi vol. VI p. 587 proposita ὁς ἀν τιμᾶ θεούς. Proximo versu recte dicitur εἰς θεούς, nam κελεύῃ est iubeari, sed hoc ut ita intellegatur, sine dubio poeta scripsit ἄλλ' εἰς θεούς σ' ὁρῶντας.

**Fragm. 492.** *Athen. XI p. 487 d καλεῖται δὲ μάνης καὶ τὸ ἐπὶ τοῦ κοττάθον ἐφεστήκος, ἐφ' οὗ τὰς λάταγας ἐν παιδιᾷ ἐπειπον· ὅπερ ὁ Σοφοκλῆς ἐν Σαλμωνεῖ χάλκειον ἐψη κάρα λέγων οὖτως*

*τάδ' ἔστι κνισμὸς καὶ φιλημάτων ψόφος,  
τῷ καλλικοσσαβοῦτι τικητήρια  
τιθῆμι καὶ βαλόντι χάλκειον κάρα.*

Apparet τικητήρια ponit κνισμὸν καὶ φιλημάτων ψόφον, primumque versum vinculo grammatico cum proximis coniunctum esse debere, alioquin enim Athenaeus eum omisisset. Necessario igitur aut tertio versu τιθέμενα corrigendum aut altero τικητήρι' ἔ.

**Fragm. 508.** *Stob. Flor. 59, 3 Σοφοκλέους Σχυρίων*

*ἢ ποντοναῦται τῶν ταλαιπώρων βροτῶν,  
οἵς οὔτε δαίμων οὔτε τις θεῶν νέμων  
πλούτον ποτ' ἀν νείμειεν ἀξίαν χάριν.  
λεπταῖς ἐπὶ ἡσπῆσιν ἐμπολάς μακρὰς  
ἀεὶ παραρρίπτοντες οἱ πολύφθοροι  
ἢ ἔσωσαν ἢ ἐκέρδαναν ἢ διώλεσαν.* 5

Versu quarto ἐπὶ ἡσπῆσιν, sexto ἀκέρδαναν praeclare correxit Meinekius. Idem quoniam secundo versu verba οὔτε τις θεῶν νέμων corrupta sint, scribendum esse conicit οὔτε τις βροτῶν γέμων, primum denique versum ita constituit φεῦ, ποντοναῦτῶν ὡς ταλαιπώρων γέρος. At ita primi versus nullum vocabulum est quod non sit mutatum. Mihi unum ποντοναῦται corrigendum videtur, sententia enim non est absoluta et tale quiddam prae-

cessit: nullius vita cum maioribus periculis et laboribus coniuncta est — quam mercatorum. Deinde ut saepe extrema contiguorum versuum vocabula permutata sunt, sic hic νέμων et χάριν locis suis mota esse statuo et librarium quum modo νείμετεν scripsisset deinde νέμων posuisse pro eo quod debebat πόνων.

Itaque in hunc modum constituerim hos versus

ἢ ποντοναυτῶν, τῶν ταλαιπώδων βροτῶν,  
οἵς οὔτε δαίμων οὔτε τις τύχη χάριν  
πλούτου ποτ' ἀν νείμετεν ἀξίαν πόνων.

Fragm. 593. Loci ex Sophoclis Tyrone ab Aeliano H. A. XI, 18 servati, quo se cum equa tonsa comparat Tyro, extremos tres versus hic appono

φεῦ, καὶ ἀνοικτίσμων τις οἰκτείσεις νιν  
πεήσσονταν αἰσχύνασιν οἴα μαίνεται  
πενθόσα καὶ κλαίοντα τὴν πάρος φέβην.

De equa ἡ παύεται τῆς ὑβρεως καὶ τοῦ σικετήματος τοῦ πολλοῦ, κατηγήσασα ἐπὶ τῇ αἰσχύνῃ, non satis recte mihi videtur dici οἴα μαίνεται. Suspicer oī̄ ἀμβλύνεται, quod omisso β̄ facillime poterat οἴα μαίνεται legi.

Fragm. 616. Stob. Flor. 105, 39 Σοφοκλέους Φαιδρα

τὸ δ' εὐτυχοῦν πάντ' ἀριθμῆσαι βροτῶν  
οὐκ ἔστιν ὅντως ὅντιν' ενρήσεις ἔντα.

Nauckii emendatio τὸ δ' εὐτυχοῦν εἰ πᾶν ἀριθμήσας mihi propterea non probatur, quod quomodo πᾶν in πάντ' abierit non appareat. Deinde quamquam dici ita sane potuit, incommodam tamen esse hanc verborum structuram negari nequit. Evidem putarim corrigendum esse

σὺ δ' εὐτυχοῦντα πάντ' ἀριθμῆσας βροτῶν

Postquam σύ in τῷ abiit, terminationis signo neglecto εὐτυχοῖν posuit librarius, nisi errore τα ante πα excidit. πάντα vero non est πάντως, ut proximum ὅντως docet, sed sententia haec: tu si omnes beatos numeraveris, qui vere beatus sit, vix unum reperies.

Fragm. 699. Clemens Alex. Strom. II. p. 494 εὖ γοῦν ἡ τραγῳδία ἐπὶ τοῦ Λιδον γράψει

πρὸς δ' οἶον ἥξεις δαίμον', ὡς ἔρωτα,  
δις οὔτε τούπεικὲς οὔτε τὴν χάριν  
οἰδεν, μόνην δ' ἔστερξε τὴν ἀπλῶς δίκην.

Primus versus corrigendus

πρὸς δ' οἶον ἥξεις δαίμον', ὡς στερρόν τινα

Euripidis Andromacha 98 servitutem suam στερρόν δαιμονα dicit. Ad στερρόν referri potest quod tertio versu ἔστερξε positum est, maluitque illud quam ἄστοργόν τινα dicere Sophocles.

Fragm. 808. Schol. Eurip. Or. 490.

δογὴ γέροντος ὥστε μαλθακὴ κοπίς  
ἐν χειρὶ θήγει, ἐν τάχει δ' ἀμβλύνεται.

εν χειρὶ appareat ineptum esse. Coniecerim  
ἀκαρεῖ τέθηται, σὺν τάχει δ' ἀμβλύνεται  
vel si quod volunt viri docti, θήγει passiva significatione pro θήγεται dici potuit,  
ἀκαρεῖ τε θήγει, σὺν τάχει τ' ἀμβλύνεται.

Fragm. 821. Schol. Pind. Nem. 10, 57 κέχοηται καὶ Σοφοκλῆς τῷ ἐσχάτῳ ἀντὶ<sup>τοῦ</sup> πρώτου

ἡδη γὰρ ἔδρα Ζεὺς, φησίν, ἐν ἐσχάτῳ θεῶν  
ἀντὶ τοῦ ἐν πρώτῳ. Substantivum aliquod ad ἐσχάτῳ non esse addendum ex scholiastae verbis appetet, idque intellexit Brunckius qui suspicatus est Sophoclis versum ita esse scribendum

ἔχει γὰρ ἔδραν Ζεὺς ἐν ἐσχάτῳ θεῶν  
correctione ceterum improbabili. Locus restitui sine ulla fere mutatione potest in hunc modum

ἡ σῇ γὰρ ἔδρα, Ζεῦ, στ' ἐν ἐσχάτῳ θεῶν.

Fragm. 850. Stob. Flor. 41, 3 Σοφοκλέους

μή μοι κρυφαῖον μηδὲν ἔξειπτης ἔπος·  
κλῆθρον γὰρ οὐδὲν· ὡς δ' ἀν εὐπετεῖς λάβοις,  
γλώσσης κρυφαῖον οὐδὲν οὐδὲ φέγγεται.

Medio versu Hermannus coniecit ὡς δ' ἀν εὐστεγδες λάβῃς. Leni mutatione reponendum mihi videtur

κλῆθρον γὰρ οὐδὲν, οὗς δ' ἀν εὐπετεῖς λάβοις  
nisi malis εὐπετῶς. Intellegendum vero κλῆθρον non γλώσσης, quod omitti non poterat, sed κρυψαίρεται, quod facile quidem potest immitti in aurem, ibi clausum teneri non potest. Hoc igitur dicit: Noli mihi secretum cuiquam edicere; nam qui libenter illud excipient, facile invenias, qui non emittant, sed clausum custodian, neminem.

Fragm. 865. Stob. Flor. 117, 4

οὐκ ἔστι γῆρας τῶν σοφῶν, ἐν οἷς δὲ νοῦς  
θεῖα ἔννεστιν ἡμέρᾳ τεθραμμένος.

Nauckius alterum versum ita corrigendum esse censet  
ἔστια ἔννεστιν εἰμαρῶς τεθραμμένος

quumque θεῖος et δύσιος saepius permutata inveniantur, speciosa sane est haec emendatio, veram esse non puto. Ita enim non senescere dicerentur sapientes ii, quorum mens pietate alta cumque ea coniuncta est: quam sententiam vix, credo, intellexissent Athenienses, talemque doctrinam certe in chorico aliquo carmine, non trimetris exposuisset poeta. Evidem notam illam sententiam putaverim his verbis contineri, qua non habetur ea senectus, si cui animi vires vigeant sapientia alti et aucti. Probant hoc prima statim verba οὐκ ἔστι γῆρας τῶν σοφῶν, quibus plena continetur sententia, cui si quid etiam additur, id explicationis causa addi putandum est. Sequitur vero ἐν οἷς δὲ νοῦς, ut iam appareat corporis viribus opponi animi vires, idque etiam clarius inde cognoscitur quod additum est participium τεθραμμένος. Requiritur igitur talis sententia: οὐκ ἔστιν γῆρας τῶν σοφῶν, ἐν οἷς δὲ νοῦς ἡβᾶ φρονήσει τεθραμμένος, ut Aeschylus dixit ἀεὶ γὰρ ἡβᾶ νοῦς γέρονσιν εὖ μαθεῖν. Iam corruptum illud ἡμέρᾳ optime Meinekius convertit in ἡμέρῳ, quae est facillima mutatio. Deinde etiam ἔννεστι vitiosum est, aut enim dicendum erat ἐν οἷς δὲ νοῦς ἡμέρῳ ἔννεστιν aut ἐν οἷς δὲ νοῦς ἡμέρῳ τεθραμμένος ἔστιν. Coniecerim igitur ita hunc locum scribendum esse

οὐκ ἔστι γῆρας τῶν σοφῶν, ἐν οἷς δὲ νοῦς  
ἀνθεῖ ἔννεστιν ἡμέρῳ τεθραμμένος.

Sed video vela iam esse contrahenda, ut aiunt. Tamen non est mihi praetermittendus Aeschylus, cuius unum certe locum hic restituam, quem ex Phrygibus (fragm. 259) nobis servavit Stobaeus Flor. 125, 7

καὶ τοὺς θανόντας εἰς θέλεις εὐεργετεῖν  
εἴτε οὖν κακονοργεῖν, ἀμφιδεξίως ἔχει,  
τῷ μήτε χαίρειν μήτε λυπεῖσθαι φθιτούς.  
ἡμῶν γε μέντοι Νέμεσίς ἔσθ' ὑπερτέρα,  
καὶ τοῦ θανόντος ἡ Λίκη πράσσει κότον.

Tres priores versus posui ex Hermanni emendatione. Sed etiam reliqua corrupta esse et verba docent et sententia. Iam Nauckius monuit verba ἡ δίκη πράσσει κότον hic inepta esse. Requiritur enim ulciscendi notio, quae ab hoc verbo aliena est, πράσσειν est exigere et, exigitur pecunia, debitum, et ita Orestes ab Aeschylo dici

potuit τὸν πατρὸς φόρον πράξας, nam qui ei patrem interfecit, eius debitor factus est, illaque caedes, vel eius poena exigenda erat: ira vero non est debitum, igitur ne exigi quidem potest. Accedit sententiae perversitas. Nauckius quidem „Sententiam huius loci, inquit, facile assequimur: mortuos ipsos gaudii et doloris expertes nec beneficio neque iniuria afficies: sed tuentur dii mortuorum iura et contumeliam iis illatam puniant.“ Hanc non posse huius loci sententiam esse orationis conformatio docet, ex qua τοὺς θανόντας et ἡμῶν γε μέντοι opposita esse apparet. Quae vero est haec oppositio, vel potius quae sententia: „mortuis neque bene neque male facere potes, qui nihil sentiant: at certe nobis Nemesis potentior est et mortui iram Iustitia ulciscitor“? Talia si quisquam, certe Aeschylus dicere non potuit. Alterius partis si ea esset quam modo posui sententia, prioris haec esse debebat: te quidem ego impedire non possum, quin in filii mei corpus saevias —. Denique illud quid est, quod Νέμεσιν cum commemorasset, deinde pro ea Λίκην substituit? Locus sine dubio ita est corrigendus

ἡμῶν γε μέντοι Νέμεσίς έσθ' ὑπερτέρα,  
καὶ τοῦ θανόντος εἰ δίκην πράσσει χότος.

Hoc dicit Priamus Achilli in Hectoris corpus saevituro: et mortuis sive bene facere vis sive male, perinde est, qui nec gaudium nec dolorem sentiant: mea vero Nemesis certe potentior est, etiam mortui si poenam exigit ira. Priamus iam habet Nemesin, cui filium Achilles interfecerit. Iam si Hectoris corpus contumelia affecerit Achilles, huius quoque iram excitabit, quae quum accedat ad Priami iram, eo potentior existit Priami Nemesis. — Ceterum quem Suidas servavit versum v. παλαιγενές

εὐεργετῆσαι γὰρ τὸ σῶμα οὐ βούλομαι

is hoc referendus et ab Achille pronunciatus videtur, ad quem respondit Priamus ea de qua modo disputavimus oratione.

